

phibemus in nobis uel a nobis haec gesta non inueniantur. Et
 quae aliis agere docemus. haec operibus & exemplis potius quam
 uerbis demonstremus. Socios gaudium ei omnes uos esse. Ut secundum
 exemplum apostoli hoc sentiamus de nostris auditoribus & credamus
 quia si tribulationis nostrae quas in hoc mundo. pro domino sustinemus
 uoluerint esse participes & conpati nobis cum aduersa quae patimur.
 Erunt nobis cum socii gaudium sempiternum. Ut ammonentur. & doce-
 antur a nobis. ut ita credant euangelicae praedicationis quam audi-
 unt. ut nequaquam trepident pro eius defensione. si erit necessitas
 tribulationes maximas sustinere. ad aeterna promissa praemia
 mereantur uenire. Testis enim mihi est deus. quomodo cupiamus
 omnes in uisceribus christi ihesu. Omnia enim deo teste agimus. ideo magis
 pere studeamus debitam nostris impendere caritatem. & in diu semper
 opere alios & uerbis & exemplis. ad dilectionem ut nosmet ipsos ex
 hortemur. solliciti permanere. quatenus & de nostro & illorum
 profectu. aeterna praemia mereamur accipere. ut caritas uestra
 magis ac magis abundet. in scientia & in omni sensu. unde summo
 pere unicuique nitendum est fidelium. ut in eo quod bonum habeat. in
 bono opere proficiendo habere amplius contendat. quia in die
 iudicii. cum reddatur unicuique secundum opus eius. parum ualde
 uidetur esse bonum quod quisque fecerat. seu pro terrore iudicantis.
 siue & iam propter gaudium magnae retributionis. ut pro betis
 potiora. ut secundum psalmistam. intendamus semper de uirtute in
 uirtute condescendere. ut mereamur dominum uidere in visione. id est
 in speculo uitae aeternae. ut sitis sinceres. & sine offensa in diem
 christi. Repleti fructus iustitiae. per ipsum christum in gloriam & laudem dei.
 ut non solum sinceres ab omni corruptione sitis. sed & iam fructibus
 iustitiae in omnibus abundetis. & pro omnia glorificetur in ac-
 tibus uestris. plus igitur apud fideles catholicos. bonis exemplis